Quaestio Medica Quodlib. Disputationibus agit.da In Scholis Medicorum die Jovis 26 Januar.

D. Joanne Hautin D. M. Moderatore prudentiss.

An sint Senes similibus Alimentis conseruandi?

Animati cuiusq; corporis laudabilis temperies, non ex sola principiorum qualitatum contrariarum confusione, sed debita primarum substantiarum commixtione profecta, uti sanitatis parens, sic omnis actionis causa existit. quae diminuente caloris stellarum naturalis proportione correspondentis affusi circumfusa, functiones tam naturales, vitales, quam animales non simul quidem sed sensim quasi ex parte ab ipsa conformatione deprauantur. eo quidem perfectiores quo calidi et humidi primigenii copia fuerit cumulatior. quae sunt tam ab interno et perpetuo quem patitur fluxu, quam exterioris causae aetatis tractu contabescat, a nulla tamen magis quam a depravata victus ratione potest labefactari.

Ea in vitiosa quam quisq; sequitur vitas constitutio sita, sint a robur praedito natura omnibus ab ipsis tamen quae per se jugulantur praecipue petii solis. quarum usus praeuus et ciborum frigidorum siccorumq; non qualitate modo, sed et quantitate laedentium inconsiderata exhibitio, omni aetatum, sed senii praesertim temperiem immutat, deuertit, mortalibusq; insidians, seminaria vitiis [illegible] ambientis aeris, immodica exercitatio, algor, lassitudo, caliditas, [illegible] affectus foue atq; profusae.

Quoniam autem senum temperies aliorum quidem calidam adhuc senectutem degentium minus, aliorum vero (quorum pedes iam in cymba Charontis esse dicitur) magis frigida et sicca esse, utriq; partium siccitas similarium obest, caloris marcescentis et prope extincti inopia frigoris; inualescentis primaria [illegible] inde digestionis, assimilationis, atq; assimilationis vis languescentis, et debilior effecta senibus cachexiam, leucophlegmatiam (unicum pene externis iter nec aliud hydropis curandam) accersit. inde illis scatentis excrementorum frigidorum, ac viscidorum copia, et pedetentim succrescentis generatio; lienteriam (ructu acido superueniente mox curandam) destillationes, coctionem non admittentes, obstructiones spirituum conceptacula obstruentes parit. interdum ab iisdem in parte aliqua stabulantibus putredo oboritur mox synochum conciliatura, qui in senibus etsi tardius, tamen accensus cum anorexia longe periculosior infestat.

Iam si valetudinis status eiusmodi est ut actionis alicuius senilis attardae insigniis laesio, medicus ad causas morbum facientis amotionem praecipue animum conuertet. et rei contrarias pauem et aequalem usum prout digressio a laudabili temperie deflexerit, offerendis. cachexiam et leucophlegmatiam diaphoreticis, stypticis, incrassantibus, et desiccantibus: apocrusticis vero et alterantibus destillationes, catharticis obstructiones ~~[illegible]~~ commode submouebit, non neglectis interim iis quae ad causam antecedentem in frigoris, et siccitatis excessu positam compescendam pertinebunt.

Cuius excessus si tantus minime existit, ut ingrauescentis aetatis familiares ac proprias functiones perdat, sed senibus interdicitur, cauendus esse duntaxat, non re sed victus ratione refrigerante et siccante augeatur. considerandus potius medico contrariorum usus, atq; consuetudine ciborum calidorum, et humidorum conuenientis et ad ἐπίκρασιν senilis aetatis diathesis. quibus sint humidum et calidum deperditum minus reparentur, funesta tamen eorum deperditio non in horas tam cito grassatur, impeditur, vitaq; in plures dies prorogabitur.

Non sunt Igitur Senes similibus alimentis conseruandi.

F.E.P. BIBLIOTHÈQUE

Deffendebat Philibertus Gilles Nucianus. 1576.

D. Doct. Disputaturi.

M. Sulpitius Rigault.	M. Petrus de la Mer.	M. Hieronymus Carades Consil. et med. Reg.
M. Joannes le Pesleur.	M. Claudius Rebours.	M. Nicolaus le Gros.
M. Jacobus Marant.	M. Bartholomaeus Perdulcis.	M. Guillelmus Cappel.